Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



115
105

Saepe diximus nimiu ardoris amoris que
quam maxime fuisse p&rum in dnm saluatorem.
Quia ergo post confessionem suam quam dixerat
tu es xpr filius dei uiui. Et premium saluatoris
quod audierat. Beatus es simon bariona
quia caro & sanguis non reuelauit tibi sed pat
meus qui in caelis est. Repente audit a dno.
oportere se ire hierusolimam. ibique multa
pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotum.
& occidi & die tertia resurgere. Nonuult
destrui confessionem suam. Nec putat fieri posse
ut di filius occidatur. Adsumsque eum in af
fectum suum. uel separatim dicit. Ne presentibus
ceteris condiscipulis magistrum uideatur
arguere. Et coepit increpare illum
amantis affectu & optans dicere absit a te
dne. uelut melius habetur in greco.
eleeu cs. kē
eleoson cyrie. hoc propitius tibi sit dne.
Non erit hoc. Non potest fieri. Nec recipiunt
aures meae. ut di filius occidendus sit.
Ad quem dns conuersus. aiebat uade retro me
satanas. scandalum es mihi.